

C A P U T VIII

Idem G. Priori, & Fratibus a S. Joannis,

Uxoratum autem sine licentia propria uxoris inter vos nullatenus recipiatis, que integra fame, & opinionis iuxta existat, quod nulla merito suspicio habeatur, eam ad secunda vota vellemis migrare, vel quod minus continenter debeat vivere: que si, prout dictum est, talis extiterit, marito ejus in conventu vestro recepto, ipsa publice in conspectu Ecclesie continentiam professis, in domo propria cum filiis suis, familiaque poterit permanere. Si autem talis fuerit, que suspicione non careat, voto continentie celebrato, a secularium hominum conversatione se removeat, & in loco religioso, ubi Deo serviat, perpetuo commoretur. Nullus vestrum audeat aliquam mulierem tonsurare, vel eam ad e habitandum secum assumat.

NOTÆ.

A Sancti Joannis. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 8. ubi additur, pari capitulo ad petitionem: post Concil. Lateran. p. 5. c. 9. legitur Alexander III. Priori G. & Fratibus juxta disciplinam hanc memoriam Elei conventus. Et in cap. ad petitionem, de regul. in 1. collect. ubi extat prior pars hujus textus, legitur: Alexander III. Cruciatum. Quae omnia mire conveniunt, si observemus, congregationem Cruciatorum, seu Cruciferorum, sic dictam fuisse a cruce, quam religiosi manibus circumferunt, institutam a Sancto Cleto Pontifice anno Christi 83. que renovata fuit a sancto Cyriaco Episcopo Hierosolym. post inventam Christi crucem a S. Helena Constantinensi Imperatoris matre, anno plus minusve 358. Item ab Urbano II. anno 1087. ab Alexandro III. & Gelasio III. anno 1197. & ab Innoc. III. ubi videlicet in Concilio Mantuano anno 1460. Hujus Pontificis decreto fuerunt Cruciferi manibus cruce argenteae, & albici in pectore ex albo, & rubro panno. Utantur etiam habitu cereuleo, & servant regulam sancti Augustini. Praefici saeculis habuerunt plerumque duceat monasteria per Hispaniam, Galliam, & Germaniam, Dalmatiam, & Graeciam; nunc intra Italiam continentur. Plura de his Cruciferis tradunt Marcus Anton. Boldus, & Benedictus Leo historici ejusdem familiae. Baronius tom. 1. anno 93. & in Martyrol. die 27. Aprilis, Acuna in c. generalis 12. 54. dist. Unde recte inscriptio textus in d. c. ad petitionem; ita concipitur, Alexander III. Cruciatum. Et

a Pontifice approbat, & commendatur eorum Religio per hac verba: Ad petitionem vestram, regulam, secundum quam vivere debeatis, & omnipotenti Deo servire, duximus constituendam. In primis id statuente, ut professionem majori priori faciant omnes laici in manu ejus, se abique proprio victuros promittentes, & continentiam, in quantum permiserit divina gratia, servare. Qui quidem, & tam clerici, quam laici, proprio Magistro, animarum suarum Rectori debitam in omnibus reverentiam promittant, necaliqui inter vos profecto liceat ad alium Ordinem abique Prioris licentia ullo modo transire, nisi forte ad Religionem migraverit ardorem. Nullus abique majoris Prioris licentia hospitalia audeat facere; nullus proprium habeat: si quid adquiserit, suo Rectori assignet; nullus vestrum alii vobiscum esse volenti crucem tribuat, sed per medium annum integram vobiscum in probatione permaneat, & tunc majori Priori praesentetur, ut ab ipso, non ab alio crucem suscipiat. Et in d. c. 9. par. 5. post Concil. Lateran. recte habetur, Priori G. Giraldo videlicet, & Fratibus juxta disciplinam hanc memoriam Elei (lege Clari) Fratibus. Quia fratres isti regulam a B. Cleto institutam profitebantur; Monasterium autem S. Joannis, cujus mentio hic fit, erat ipsorum Cruciatorum; unde facile deducitur, in praesenti agi de ipsis religiosi cruciatum.

b Suspectio. Juxta tradita in c. 1. hoc tit. c Habitandum secum. Juxta adducta supra in c. 6. de regu.

C A P U T IX

Urbanus III. Priori a S. Crucis,

EX parte dilecti filii Abbatis sancti Petri de b Romandini ad audientiam nostram pervenit, quod cum D. de Ter, in e infirmitate positus, consentiente uxore ipsius votum vovens castitatis monachalem habitum d suscepisset, postmodum ab infirmitate ipsius liberatus angustia, & praedictam uxorem suam e retinuit, & aliam ea defuncta sibi semere copulavit. Quia vero licet praedictus D. uxore sua remanente in saeculo, de jure ad religionem se nequivit professici, ea tamen sublata de medio, votum quidem factum sine salutis suae periculo nequaquam potuit violare: m. quat. si verum est, quod asseritur, praedictum D. per excommunicationem compellat, ut eam mulierem sine dilatione dimittat, & ad suum monasterium g revertatur, de cetero sub regulari habitu Domino serviturus.

NOTÆ.

1 a Sancta Crucis. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 1. Credo monasterium hoc esse canonicorum regularium Ordinis D. Augustini, quod extat in diocesi Picaventi, de quo Pennous lib. 2. hist. canon. regul. c. 33. n. 17. Alia vero, & diversa est militia Cruciferatorum, quam profiteri poterant, & crucem assumere viri etiam in vitis uxoriibus, ut decrevit Innocent. III. lib. 4. regest. 16. dist. 111.

2 b De Romandini. Romandini, Ptolomaeo teste lib. 2. c. 1. sunt populi sub Rhotomago, quos Rhotomanos esse Volaterranus scribit: hodie vero Mandui, alias Romandui dicuntur, ut ipse Volaterranus tradit. Apud eos est monasterium hoc Sancti Petri, Ordinis D. Benedicti, de quo nonnulla adducit Papius Masson. in descript. Gall. per Aquinam, fol. 77. c. infirmitate positus. De valore professionis in aegritudine emissae egi in c. fides, de regul.

d Suscepisset. Et ita votum solenne fecit cum emissione professionis in ipso monasterio, alias si simplex votum esset, licet non honeste, valide tamen mortua uxore, cum alia matrimonium contraheret, ut supra probavi in c. quidam 3. e Retinuit. Non tamen ipsa cum repeteat a monasterio, nec intendat contra consensum jam praestitum cum ipso cohabitare, ut nonnulli in praesenti exponant; unde ingentem difficultatis molem sibi imponebant; quam dissolvere intendit Garanna in cap. 1. hoc tit. n. 3. i Neguiverit. Quia cum juvenis esset, non solum consensum praestare, verum & similiter religionem profiteri tenebatur, juxta supra tradita in c. 1. g Revertatur. Quia cum solemniter professionem emisisset in ea, non poterat ipsam delerere, ut post repetentes in praesenti docet Basilus lib. 9. de matrim. c. 12. nec ipse impugnavit factum proprium, ex l. post mortem, ff. de adopt. docet Garanna in d. c. 1. n. 4. & 5.

C A P U T X

a Coelestinus

Consuluit nos G. sacerdos de Sancta Columba, utrum vir mercator, negotiationi, & uxori propter Deum renuntians, ad religionis habitum transiens, & in eo per annum, & amplius moram faciens, uxore sua, postquam ad donum transierat regularem, de praesenti vita sublata, saecularem habitum resumere valeat, quem dimisit, & aliam ducere in uxorem, vel si ductam ei licet retinere? Cui consulationi taliter duximus respondendum, quod praedictus vir, nec habitum potest abjicere, quem assumpsit; nec aliquam sibi matrimonio copulare. Quod si contraxerit, matrimonium ipsum decrevimus dirimendum.

NOTÆ.

a Coelestinus. Ita etiam habetur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 2. nullibi tamen exprimitur Praelatus, cui referat Pontifex, nec liquet de quo monasterio in praesenti agatur, varias in hoc textu agnoscunt difficultates repetentes hic, Garanna in c. 1. hoc tit. n. 5. Sanchez de matrim.

lib. 7. dist. 33. Basilus eod. tract. lib. 9. cap. 11. n. 13. quas omnes facile dissolves, si supponas, uxorem in praesenti specie consensisse, ut maritus monasticam professionem emitteret; sed quia senex erat, ipsa in saeculo remansit. Unde cum professione undequaque licita, & solennis esset, non poterat postea defuncta uxore contra votum ita solemniter emissum matrimonium contrahere, ut in textu antecedenti notatur. GA.

C A P U T XI

a Idem.

Charissimus in Christo filius noster R. b Rex Illustris Suevorum Apofolani nostro litteris, & nuncio humiliter nunciavit, quod cum esset adolescens, & dilecta uxor ejus juvenula, matua fide voto contrahendi legitimi matrimonii se adstringentes, invicem consensum suum, accedente e voluntate parentum, arrharum donatione roboraverunt. Postmodum vero clara memoria N. patre suo ab inimicis occiso, cum per bellorum advenitatem undique premeretur, & habito cum hostibus suis congressu, victus, fugatusque fuisset; quia timebat, ne ipsa sponsa ab inimicis suis per violentiam raperetur, & alia similis eo non inveniretur in Regno, quam sibi posset matrimonialiter copulare, de suorum, & ejusdem sponsae consilio factum est, quod in conventu habitum sanctimonialium monasticum sine proposito perpetualiter retinendi suscepit, & ibidem per aliquot annos moram fecit, ne quid ab inimicis injuria pateretur. Quam cum pace reddita, & obrento de inimicis triumpho, solemniter duxisset, & cum grandi exultatione uxorem, & ex ea filios suscepisset, unum eorum de communi consensu, & electione Principum Sueviae in Regno sibi instituit successorem: mortuo vero tempore, praedicta uxor gravi infirmitate correpta, cum se de hac vita crederet decessuram, timore mortis inducta, continentiam vovit. Camque Rex ipse nollet eam contrahere, concessit ad d tempus; nunc autem se continere proponit non posse, & quod licite posse fieri arbitrat, ad thorum uxoris suae cupit redire: & ad reprimendas emulorum suorum detractiones, & obloquia, petiit a nobis dari sibi in mandatis, ut uxorem suam auctoritate nostra maritali affectione pertraheret, non obstante voto continentiae incute ab ipsa emissio, & ab eodem Rege ad tempus approbato. Verum quia super his nos ad plenum non potuimus elicere veritatem, s. t. cognitionem eorum, & decisionem canonicam duximus committendam, per A. f. m. ut super his inquiratis diligentius veritatem; si vobis consisterit, quod praedicta mulier primo fuit inter monachos recepta timore violentiae, & rapinae, & propositum profitebatur se habuisse nubendi, cum inter eas moram faceret, praefatum eorum postmodum in facie Ecclesiae publice Regi nupserit, & usque ad hac tempora cohabitando, filios ex ea suscepit, cum denunciatis praefato monasterio non teneri, non enim factum illud contractum matrimonii potest dirimere, est forte post matrimonium contrahendum impedire. De alio vero ita sollicito discretio fraternitatis vestrae discutiat, quod si invenieris eandem gravi infirmitate depressam, continentiam vovisse, & virum ejus ad tempus praebuisse consensum, maxime si non idem vir peraeque continentiam voverit perpetuam, eandem viro cohabitare faciat, & invicem utrumque maritali affectione tractare.

NOTÆ.

a Coelestinus. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. cap. 3. nullibi tamen exprimitur, quibus Praelatis Pontifex referat. b Rex Illustris Suevorum. Non accipias textum hunc de Suevis, & eorum Rege, quorum Imperium in Gallia duravit per 174. annos, donec a Leovigildo Gothorum Rege eorum Regnum delectum fuit, & in Gothos translatum anno 583. ut referat S. Ildorus in cetero. Sueton. Roderic. Tolet. de rebet Hist. lib. 3. c. 14. & in hist. Suevorum, c. 2. Jo. Valez in cetero. Hist. anno 584. Olavus Magnus lib. 16. hist. Goth. c. 9. Schabreda in cetero. Goth. c. 15. unde cum ultimus eorum Rex Mirus dictus decessisset anno 684. non poterat temporibus Coelestini III. reperiri Rex Richardus, de quo in praesenti. Agitur ergo in hoc textu de

Rege Sueviae, cujus Regnum est ultra quinquagesimum quintum Septentrionalis latitudinis gradum ad mille Italica miliaria, qua latissimum est usque ad septuagesimum secundum gradum extenditur; longitudo mille quinquaginta non excedit. Regnum fuit olim incolatum multitudine plenum: Regiam dignitatem electivam antea, postea hereditariam fecit, ut plura adducentes de Suevis, & eorum nobilitate tradunt Cyriacus Spangembeser, Martinus Crusius, Cellerus, ejus generis scriptores, & Bucelinus tom. 1. German. sacra, fol. 6. & tom. 3. fol. 11. c Valeratus parentum. De consensu parentum in nuptiis filiorum agemus in c. 1. de despons. impub. d Concessit ad tempus. Alias si in perpetuum consensit, non posset eam licite repetere, ut probavi supra in c. 1. ex quo commentario praesens petendum est.

C A P U T XII

a Idem.

Placet nobis, & tuam prudentiam commendamus, quod in causis dubiis Sedis Apostolicae consilium requiris. Licet enim praedictus vis scientia litterarum, ad matrem tuam Rom. Ecclesiam idcirco devote recurris, ut habita super quo dubitas, responsione condigna, quam in similibus servare formam debeas, evidenter agnoscas. Per dit. autem filium Vv. Decanum Cathalaun. Apostolatum nostrum sollicitudo tua consuluit, utrum mulier, qua credens b mortuum maritum, habitum religionis assumpsit, & eo reverso de monasterio e ducta fuit, post obitum viri sit ad observantiam regulae compellenda? Super quo disc. tuae sic respondemus, quod licet votum ejus non teneatur usquequoque, eatenus tamen viri obligatorium, quatenus se poterat obligare: promissit enim intrando monasterium, se non exacturam carnis debitum, quod erat in potestate ipsius; redire vero ad saeculum, in ejus potestate non erat, sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam tenuit votum, quod post viri obitum tenere non desit, cum ad eum casum redierit, a quo poterat efficax habere principium. Consuluit itaque ducimus, & ei congruentius ad salutem, praedecessoris n. felicitis memoriae Alexandri d Papae vestigia imitantes, ut vanitatibus saeculi derelictis, ad monasterium redeat, ubi bona ducta intentione professionem fecit, & habitum religionis accepit. Si vero ad hoc induci non poterit, invitam ipsam credimus non cogendam.

NOTÆ.

a Idem. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 4. sed nec in ea exprimitur Praelatus, cui referat Pontifex, & forsitan scripsit Episcopo Cathalaunensi, de qua Ecclesia egi in c. 57. de elect. b Mortuum maritum. Et per consequens cum falsa causa, argum. l. fin. ff. de heredu. insti. c Educia. Per maritum, qui jure eam repeteat, ex traditis in c. 1. h. t. unde cum professio nulla esset ex defectu consensu viri, ideo Coelestinus ait, defuncto viro monendam eam esse, non cogendam, ut ad monasterium revertatur; quoad castitatem vero promissam tenetur solum matrimonio eam servare, quia reuanciando juri proprio, eam promittere vale-

bat. Basilus lib. 9. de matrim. c. 11. & lib. 10. c. fin. probavi in c. quidam 3. h. t. textum hunc exposui. d Alexand. III. Relati in c. 1. h. t. Nec huic constitutioni adversatur P. Blesensis ep. 19. ubi uxor, qua falso rumore decepta, & mortuum virum exitimans; professionem in monasterio emisit, & reverso marito egredi coacta fuerat, mortuo iplo viro non cogitur redire ad monasterium, ex ipsius Blesensis sententia; imo alteri nubere potest. Nam id accipiendum est, quando votum castitatis emissum est habita consideratione ad vitam, & professionem regularem; quia tunc cum professio ipsa nulla sit, deficiente consensu ipsius viri, non solum eo defuncto ad religionem redire non cogitur, verum & ad secundas nuptias transire valet, juxta adducta supra in c. 3.

C A P U T XIII

Innocentius III. Archiepiscopo a Pisan.

AD Apofol. Sed. Et infra: Cum autem vir & uxor una caro sint per copulam conjugalem affecti, nec una pars converti possit ad Dominum, & altera in saeculo remanere, profecto non est alter conjugum recipiendus ad



ad observantiam regularem, nisi reliquis perpetuam continentiam reponitur: nec vitam quoque debet mutare, nisi forte ejus etatis, sit, ut sine suspitione incontinentie valeat in saculo remanere.

NOTAE. (An.) Praesentem inscriptionem, & integram textum hujus textus deal in c. 1. c. c. m. s. hoc tit.

C A U U T XIV.

Idem a Lugdun. Archiepiscopo.

EX parte tua nostris est auribus intimatum, quod cum quadam muliere diocesana tua b velum viduitatis coram duobus Abbatibus assumpsisset, benedictione solemniter cum celebratione Missae, ac Litania, sicut debuit, accedente, postmodum quidam nobilis, qui sex mensibus ante proponebat se mulierem ipsam mediantibus e intermunitis per verba de praesenti, d artha etiam interposita desponsasse, audito quod mulier ipsa velum assumpsisset, misit ad eam, ut desponsationem factam carnalis copula sequeretur. Tu vero postquam fuit ad tuam audientiam res perlata, inhibere curasti, ne ante discussionem negotii se carnaliter committerent, etiam si unus fidelium, inter quos est raturum conjugium, fieret haereticus, & posset permanere cum altero sine contumelia Creatoris, nisi forte secus fieret ex revelatione divina, quae superat omnem legem, sicut a quibusdam Sanctis legitur esse factum. Nos autem a praed. nostrorum vestigiis in hoc articulo subito declinare nolentes, qui respondere consulti, quod antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licet alteri conjugum, reliquo etiam inconsulto, ad religionem transire, ita quod reliquus ex tunc legitime poterit alteri copulari; hoc ipsum tibi consulumus observandum in articulo praenotato, quamvis falsa sit causa, propter quam ad susceptionem veli praedicta mulier est inducenda, cum sine qualibet tali causa id ipsum religionis obtentu facere potuisset. Porro licet praedicta mulier videatur in veli susceptione religionis habitum assumpsisse, si tamen velit g in domo propria permanere, quasi propositum castitatis in saculo servatura: nihilominus consummandum est matrimonium jam contractum, nisi fe voto adtrinxerint ad observantiam regularem, in quo casu compelli potest, ut relicto saculo, religionis propositum exequatur.

NOTAE.

Lugdunens. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub h. c. c. de Ecclesia Lugdun. plura adduxi in c. 25. de rescriptis. b Velum viduitatis. De quo plura adduximus in c. vidua 4. de regul. c Mediantibus intermunitis. Notissimum est, inter absentes matrimonium contrahi posse, c. fin. de procurat. lib. 6. c. veniens 5. qui clericus vel vor. l. mulierem 4. ff. de ritu nupt. Illustrant Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 11. Basilus. eod. tract. lib. 1. c. 10. P. Gregorius lib. 1. partit. tit. 12. c. fin. Arias a Mela lib. 3. var. cap. 43. licet enim alia sacramenta corporalem praesentiam exigant, c. mulier 84. l. 1. q. 1. tamen cum matrimonium sit contractus elevatus ad esse sacramenti, & inter absentes contractus celebrari valeant, l. sol solus 17. §. 1. ff. pro socio, l. 6. ff. de l. commissoria: in de matrimonio inter absentes contrahi valet, ut latius prosequitur Petrus Bajo Arroyo in d. c. finit. d Artha. Quod signum magnum est celebrati matrimonii, c. tutor, c. tutor, de re iudic. c. fin. ubi dicimus, de despons. impub. c. nuptiarum, c. feminis, 30. q. 5. nam sicut ad firmandos contractus civiles artha intercedit, l. sepe 35. ff. de contrahend. emptio. l. ex emptio 11. §. si qui videri ff. de actionib. empti, l. cuiuscumque 5. §. item, ff. de insti. l. 2. C. quando liceat ab emptione, l. ex artha 3. C. de action. empti, l. 2. §. Subitus, ff. pro emptore: illustrant pluribus relictis

C A U U T XV.

Idem Ruthens. a Episcopo.

CONSTITUTUS in praesentia nostra Hug. Vitalis lator praesentium, humili nobis confessione monstravit, quod cum cset in b acolythatus ordine constitutus, quandam puellam R. nomine in facie Ecclesiae duxit in uxorem. Cumque aliquandiu cohabitasset infirmul, & ipse eam carnaliter cognovisset, orta discordia inter eum, & amicos puellae, coram te habito diligenti tractatu, praedicta puella fuit eidem ali i Vitali nomine copulata: & tu memoratum H. usque ad gradum sacerdotii ordinasti, & eidem Ecclesiam concessisti. Cum autem cum sua commoratum H. usque ad gradum sacerdotii ordinasti, & eidem Ecclesiam concessisti. Cum autem cum sua scientia remorderet, & de consilio quorundam religiosorum habitum e Cisterciens. Ordinis assumpsisset, tandem Abbati suo omnia revelavit: qui eum commouit diligenter, ut super hoc saluti suae animae provideret. Ideoque f. per A. f. m. quat. si res ita se habet, praedictam R. ut recedat a praefato Vitali, cui per adulterium est conjuncta nec praedictum monachum impetat, quominus regulare votum valeat adimplere, per cens. eccl. sub. app. obli. cogere non omittas.

NOTAE.

Ruthens. In tertia collectione, sub h. c. c. 3. legitur Nictinen. in hac vero sexta legitur Ruthens. sed legendum esse Ruthens. jam notavit Manrique tom. 3. annal. Cisterc. anno 1110. c. 8. n. 9. Rutheni enim sunt populi Galliae Narbonensis, non longe ab Arvernis, & Sanctonibus, quorum meminertunt Caesar lib. 1. de bello Gallico, Strabo lib. 4. Gregorius Turon. lib. 2. hist. c. 36. & 37. Sidonius lib. 4. ep. 15. & lib. 7. ep.

6. Ruthena civitas habet Ecclesiam Cathedrali D. Stephano dicatam, cujus Praefuli Hugoni mlsa est praesens decretalis, de quo agunt Fratres Sammarthani tom. 3. Gall. Christ. fol. 592. Chenu in chron. Gall. fol. 354. b Acolythatus. De quo gradu egi in c. 2. de offic. Archid. c Ordinis Cisterciensis. In quo tamen monasterio non constat, quamvis esse videatur unum ex quatuor, quae in diocesi Ruthens. Cistercium habet, nimirum Bonavallis, locus Dei, Bellas-locus, & Bonacumba.

CAPUT

C A P U T XVI.

Idem Episcopo a Patavien. & Abbati de Borun. Baradenbergen. Patavien. dioc.

Veniens ad praesentiam nostram dil. f. l. lator praesentium, nobis humiliter intimavit, quod cum olim intrant. di monasterium propositum concepsisset, pluribus sacerdotibus, militibus, & aliis viris praesentibus apud uxorem suam precibus institit, ut super hoc suum impertiret assensum, eidem presbyteris primitus exoratis, nec profara mulier exoneretur, quod & ipsam oporteret derelinquere b saculum, si viro suo daret licentiam ad monasterium convolandi. Cumque ipsum mulier, ne ab ea discederet, vice mutua precaretur, ipse asserens, quod nisi ab ea posset super hoc obtinere licentiam, non solum ei se inutilem redderet, sed etiam toti mundo: ipsa demum tam ipsius, quam multorum adstantium precibus, flentibusque devicta, caput ejus altari suppositum e manu sua, qui ea praesente d tonfuratus ibidem, monasterium adit, & finito probationis e tempore, professionem fecit solemniter monachalem. Illa vero in saculo remanens, inhonestos amatores admisit; unde idem L. metuens, ne suz contumacia illius incontinentiam impureret, an in monasterio perseverare debeat, a nobis consilium postulavit. Quocirca mandamus, quat. si est ita, praedictum L. in monasterio, quod intravit, absque inquietatione cuiusquam perseverare libere permittitur. Licet enim in hoc videatur nos modicum deliquisse, quod f caute asseruit, quia nisi sibi eadem mulier confiteretur, tam sibi, quam toti mundo fe inutilem redderet; & cum presbyteros exoravit, ne praedicta mulier exponeret, quod eandem relinqueret saculum oporteret, si forte licentiam daret viro: ex quo tamen eadem mulier caput viri altari sponte suppositum, & postmodum, sicut asseritur, vixit incontinenter, super revocatione ipsius non esset aliquatenus audienda, cum ipsius intentio, si eundem forte repeteret, exceptione posset commisse fornicationis elidi, maxime cum antequam fuerit fornicata, ipsum non duxerit repetendum.

NOTAE.

Patavien. In tertia collectione, sub h. c. c. 3. legitur Patavien. at vero in hac sexta legitur Baradenbergen. nec ex textu serie cognosci potest, ultra littera verior sit, imo epigrapha adeo corrupta est, ut nullo modo cognosci possit, de quo monasterio in praesenti agatur. De diocesi Pictaviensi egi in c. super 20. de rescriptis. b Derelinquere saculum. Quia juvenis erat, & ita non solum votum castitatis emittere in saculo, verum & simul religionem ingredi tenebatur, ut probavi ut supra in c. 1. c. Manu sua. Quasi donans, feu offerens religioni, juxta tradita in c. 2. de consuet. d Tonjuratus. In formam monachi juxta adducta in c. 1. de regul. e Probationis tempore. Anno videlicet, juxta tradita in c. ad Apollon. de regul. f Causa. An professio religionis emissa per captivum, seu dolum, valida sit, expolui, in c. ad nostram, in fine, de regul.

COMMENTARIUM.

In his duabus Decretalibus exponitur casus ille, in quo unus ex conjugibus adulterium commisit, quo casu certum est, professionem in religione emitti posse ab innocente, invito eo qui per adulterium causam divortio dedit, & culpa sua jus repetendi conjugem ad mutuam cohabitationem amisit, ut in praesenti docetur, & probant Sanchez de matrim. lib. 10. disp. 11. n. 1. & alii supra laudati in c. 3. h. 7. Atque ideo adultero conjugio ignorante, aut sciente, similiter professio fieri poterit, ex l. qui invictus 16. ff. de reg. iur. quare nec illius consensus desideratur, nec ut emittat castitatis votum, exigitur. Sanchez ubi proximo, & disp. 10. n. 5. Nec textus in c. 1. c. cum sit q. h. 1. ubi contentus, & votum in remanente in saculo requiruntur, ad hunc casum pertinent, sed procedunt quando matrimonium manet intactum, nulla culpa conjugum maculatum, ob quam divortium fieri debeat. Sanchez d. n. 1. Quod si dubites, qualiter de infidelitate, aut adulterio debeat constare, ut propter eam causam liceat innocentem religionem profiteri, dicendum quod ad validitatem professionis informiter satis est, ut hac crimina admittat, propter quae separatim matrimonii fiat quoad thorum; sed in foro exteriori necesse est constare de crimine apostatae, aut lata sententia divortii, aut ea notorie, quae sufficiat, ut liceat propria auctoritate divertere, nec

C A P U T XVII.

Idem.

ACCEDENS ad praesentiam nostram I. mulier lacrymabiliter proposuit coram nobis, quod cum Vv. vir ejus b Elien. diceat, eam sibi in legitimo matrimonio copulasset, & per xx. fere annorum spatium eidem cohabitans, prolem suscepisset ex ea, volens tandem idem vir habitum assumere monachalem, postulabat humiliter ab eadem, ut tam pio proposito faveret ipsius: quae propter multa verbera, & aliarum molestationum gravamina quae praedictus vir inferebat eidem, se ipsam asserens dimissuram, annuit votis ejus; Cumque idem vir ad domum de e Vendon, Cisterc. Ordinis accedens, ibi religionis habitum assumpsisset, mulier ipsa transiens se ad domum monachali, nullo ibi religionis habitu assumpto, vel voto emisso conversionis, permansit ibidem, cui pro labore manuum suarum eadum montales vitae necessaria ministrabant. Processu vero temporis, cui idem vir ad saculum manuum suarum eadum reliquisset, & eadem mulier fe instanter ab eo peteret resumi, ipse illam recipere penitus contradicens, praeter verba, quibus saepe affect eandem, sibi convitia plurima, & graves injurias irrogavit. Quocirca dil. v. per Ap. f. praec. m. quat. si res ita se habet, & dicta mulier illius etatis existit, ut de lapsu carnali illius merito valde dubitari, dictum virum ut eam recipiat, eique affectum exhibeat conjugalem, per cens. Eccl. ap. rem. d cogatis.

NOTAE.

Idem. Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc tit. c. unico; nullibi tamen exprimitur, cui rescribat Innocentius, nec inter ejus epistolae editas a Siletto, & Bolquet reperitur textus hic.

b Elien. Diocesis est in Anglia, de qua egi in casu postulantis, de rescriptis. c Vendon. An legendum sit Veder, five Vender, aut Beruntus, non audeo asserere Manrique tom. 2. annal. Cisterc. anno 1148. c. 16. n. 2. & anno 1150. casus 11. num. 1. d Cogatis. Quia consensus ab ea praestitus nullus fuit, cum ex gravi metu esset extortus, juxta tradita in c. 1. de his qui vi

CAPUT



CAPUT XVIII.

Honorius III. Episcopo, Decano, & Thesaurario a Lingon.

Significavit nobis A. mulier, quod cum ipsa R. militi viro suo coram Decano S. Quiriaci b Pruvientis, vice...

NOTA.

Lageniensis. Ita restituo inscriptionem, & litteram hujus textus ex quinta compilatione Honorii III. cum...

Senonensis. Petri de Corbolio, de quo egi in cap. 1. de postul. Pralat. In domo propria, sicut olim plures...

CAPUT XIX.

a Gregorius IX.

Gaudemus in Domino, Et infra: Mulieres vero, quae relicto maritali thoro, lapsu carnis ceciderunt, si mari...

NOTA.

Gregorius IX. Ita legitur in hac sexta collectione; sed credo legendum esse, Innoc. III. Tiberiad. Episcopo, ut legitur...

Habit olim Ecclesiam Cathedralam, cujus Episcopus Joannes dictus subscripsit in Conc. Hierosol. ut refert...

CAPUT XX.

Idem I. moniali monasterii de a Plauda.

Udum a C. laico mota contra te (quam uxorem suam dicebat) materia quassionis, R. sancta M. in Cosme...

NOTA.

Plauda. Forfan legendum est, de Plada, quod est distictum cenobium in Italia, juxta lacum Latii, ut refert...

Suarez de religione, tom. 2. lib. 1. de voto, cap. 9. Quae si expressa esset, redderet actum conditionalem, ita ut ea deficiente, nulla esset, juxta tradita...

CAPUT FINALE.

a Idem.

Mulier, quae in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate revertitur, propter quam ab eo fuerat...

NOTA.

Gregorius IX. videlicet, qui praesentem constitutionem edidit motu proprio absque ulla relatione, seu...

quae casum adulterii spiritualis comprehenderet, in quo idem dicendum esse, ac de adulterio carnali, jam supra notavimus...

TITU.

TITULUS XXXIII.

De conversione Infidelium.

CAPUT PRIMUM.

a Coelestinus III.

Audabilem, &c. Et infra: Ceterum, quod interrogasti de Saracenis, qui dum in captivitate essent...

NOTA.

Coelestinus III. Ita etiam legitur in secunda collectione, sub h. t. c. & hac inscriptionem exposui in c. 1. de except. non infidelibus...

lesionem in praesenti non posse ab haeresi excusari, eo quod fenserit matrimonium dissolvi inter fideles, si alter conjugum...

CAPUT II.

Gregorius IX. a Argentinensi Episcopo.

EX litteris tuis accepimus, quod quidam de Judaica caritatis errore ad Christum verum lumen adductus, uxore...

NOTA.

Argentin. Argentinia, sive Argentoratum, Argentuaria olim dicta, nobilis civitas est Germaniae, Alfaciae gemma...

pulum, ac deinde Episcopus verbo, & opere potentes, ut sanctos Amadum, Arbogastum, Florentinum, Arsoaldum, Justum, Maximum, ut refert plura de ipsa nobili urbe...